

DE COMETARVM SIGNIFICATIONIBVS IUDICIVM THOMAE
ERASTI Medicinæ in Scola Heidelbergensi
Professoris:

A D

Candidum Lectorem Epistola.



V M in postremi Cometæ apparitione omnium oculi atq; animi, vt fit, in noi ui miraculi cōsideratione defixi essent, omni loco & tempore de his rebus collocutiones fierent, nec quis uam ferè reperiatur, qui nō vel causas & nau ram Cometarum cognoscere cuperet, vel significationem saltim (omnibus enim omnino persuasum est, eos temerè non comparere) animo præuidere desideraret, dixi ipse quoq; ab amicis interrogatus, quam de corum prænunciatione opinionem haberem. Duxi autem non illud, (vt facere multi solent) quod ex alijs audieram, satisq; compertum non habebam, sed quod vera & recta ratio perspicuè demonstrabat. Eam deinde sententiam' rogatu amici paginis aliquot comprahēsam descripsi, eiq; expendendam traxi. Nescio qui factū deinde sit, vt, cū libellus de Europoculēto excuderetur, vñā cum eo passus sim etiam hunc de Cometarum præsagitione commentariolum imprimi. Nec pœnituisse facti (cur enim pœniteret honesti & veri?) si nō tot scateret mēdis typographicis, que non obscurum tantū reddiderunt, sed sensum etius verum turpiter alicubi deprauarunt. Quia ergo occasio mihi exstitit præcedētis disceptationis, placuit cum sub incudē reuocare, emaculare, auctioremq; reddere, & nonnulla etiam corrigerere, & cum præcedentibus coniungere. Quia enim pars est totius de Cometiis disputationis, optimo iure coniungitur, vt simul doctrina tota de Cometiis habeatur. Facio eò libētius, quod nuper ad me scripsit vir doctus & grauis, cui videtur non recte factum.

a

factum.